C Ad argumēta que facit Sc̄or⁹ p̄z. C Ad p̄m dī q̄ cō/cludit de obiecto per se p̄mo sc̄ibili p̄stituto in esse per dīias eēntiales faciētes aliud et diuersitatē eēntiale et de sc̄ia p̄pīssime accepta. sed m̄ est nālis similitudo obiecti q̄ tñ alia vnitatē b̄i⁹ nālī sumptā sic p̄ma p̄ncipia qz b̄i⁹ mō nō b̄i⁹ cās neq̄ p̄ncipia s̄z altoz sunt prima p̄ncipia sed b̄i⁹ sedo mō fīm p̄metatorē 5º. de aia. C Ex his p̄z respōsio. C Ad 2º q̄ tot p̄st eē sc̄ie fīm numerz quorū sūt singlia. nā de hoc q̄ eēt i semicirculo p̄ se. p̄mo mō et dīmōstratōe p̄ticulari dīmōstrat̄ b̄ere tres tē. fili⁹ et de oīb⁹ alijs triāguli. C Ad 3º dī q̄ Alpharabij logē de scientijs in gnāli in eaz p̄ma distictiōe sicut d̄stiguit Aristo. 6º. et bīcoz et per cōpationē ad eaz obiecta p̄ma formalia et adeq̄ta et bitūdo sc̄ie ad obm̄ fīm sic acceptū quōdēcūp sc̄ia accipiat de ilis trib⁹ modis expositis in corpe qōnis vel est dejet⁹ eēntia vle est ipsamet sc̄ia vel cōcomitāt̄ ipaz sicut passio subiectū et maior: ē b̄itudo sc̄ie vel noticie ad obm̄ q̄ ad subin ecōtrario vero est de itēlectōe. Nam sicut notitia cōnotat obiectū ita itēlectō subiectū. obiectū aut̄ nunq̄ est de eēntia sc̄ie b̄i⁹ vt mouens itēlectū et cāns eaz sit p̄ se cā ei⁹ et vt terminās mēsura ei⁹ nīl phibeat p̄cessus in infinitū i acti bus et bitib⁹ intelligēdi p̄ Amē. qz tūc vltim⁹ act⁹ reflex⁹ et obiectū eius sunt idez realiter sed distincti formalia sicut quo itēlegit et qd̄. Et hec sunt que pro nūc sentio in p̄tū qōne ardua et difficulti else dicendū.

C Qd̄ octauū libūl phisicoz q̄rit p̄mo mōstrabile. C Qd̄ nō q̄: nō est a nobis cognoscibilis ergo nihil a nobis de eo ē dīmōstrabile p̄z p̄ma p̄mo posterioz: qz de subo oporet cognoscere qd̄ et qz. Et aīs est māfēstū. 2º. metaphysice q̄ itēlectō nō est ad manife stissimā in nā sicut oculus noctue ad lumē solis vbi est im possibilis. ergo et hic. C P. fīm philosophū. 3º. de aia. fantasmatā se se habēt ad itēlectū sicut sensibilia ad sensuz. ergo bō nihil itēlegit nisi cui⁹ fantasmatā p̄t p̄ sensuz appre bendere p̄m⁹ motor: nō b̄i⁹ fantasmatā ergo tē. C Itē infinitū inq̄ntū infinitū est ignotū p̄mo huī 7. 2º. metaphysice. p̄bat de itēlectō nō. qz sūt improportionata infinitū et itēlectō finit⁹: s̄z p̄m⁹ motor est infinit⁹ vt p̄z ex hoc. 8º. et itēlectō nō est finit⁹: qz est potētia nāe finite ergo tē. et. 7. 8º. C Incōtrariū est Aristo. in hoc. 8º. qz per mobile motum

demonstrat p̄mū motorem esse.

In hac q̄dne sunt tria facienda. Primo p̄mittit aliq̄ quā pambula. Scđo aliq̄ pclones. Ter tio remonebunt aliq̄ difficultates. C̄ Notādu p̄ q̄ q̄mo sunt vie qb̄ venit in cognitione p̄mū motoris vt pbabie s. p̄ viā cālitatis effectiue seu mouētis p̄ viā finis p̄ viā eminētie t p̄ viā remotiōis. Ad qđ intelligēdi est scienduz q̄ c̄tuor modis venim⁹ in cognitione alieni⁹ aut immediate p̄ seip̄m sicut actū intelligēdi exp̄imentali p̄ seip̄m cognoscim⁹ aut p̄ sp̄em suā sicut qđditates rerū sensibiliū p̄ sp̄es ip̄ressas in aia. Aut arguit p̄ rōnē cognoscēdi sicut p̄ sp̄em acciden̄tiū argumentamur subām. C̄ Aut arguit p̄ obm̄ cognitiū sicut p̄ actū itelligēdi cognitiū arguim⁹ in nobis potētia⁹ itelleciū. C̄ Scđo ē notādu qđ duplex est demonstratio. s. cathegorica seu ostēsua t illa est in modo t in figura t est potissima demonstratio de qua habet p̄ posteroꝝ cui⁹ oēs termini sunt. idē reali⁹ t si non formalr. Alia est hypotetica seu diuisina per quaz iuestigant diffinitōes entiū vt p̄z. 2°. posterioroꝝ. t p̄ de aia cuī termini nō sunt idem nec reali⁹ nec formalr. nec est in modo nec in figura. C̄ Tertio est notādu qđ difficultas in cognoscēdo puenit dupl̄ fīm Lōmētatorē. 2°. metaphysice. aut ex pte rei cognitiōe sicut de relatiōib⁹ t de mā p̄ma ppter eoz minima enitātē. aut ex pte nostri modi cognoscēdi q̄ est ex sensatis. sicut p̄z. 3°. de aia. t in de sensu t sensato. nūbil enīz est in intellectu. qn p̄ p̄i⁹ fuit in sensu. t illo mō metaphysica est difficillima: quia de maxime abstractis a mā t a motu t a sensu p̄ metaphysice. C̄ Quarto est notādu qđ aliquid cognosci p̄t itelli⁹ dupl̄ aut si est aut qđ ē vt p̄z. 2°. posterioroꝝ.

His p̄missis ponunt̄ sex pclones. Iusta p̄ a nobis pro statu isto nō cognoscit p̄mū motoꝝ p̄ seip̄suꝝ t exp̄imentali p̄z. q̄ talis est cognition intuitiva quā de deo t pro statu isto t de lege cōi nō p̄t b̄fe. C̄ Scđa pcelo p̄ de cōi lege nō cognoscim⁹ pro statu isto p̄mū motoꝝ p̄ ali⁹ quaz sp̄em ei⁹. pp̄iaꝝ. q̄ sp̄em nullā hēnius pro statu isto nāl̄ nisi cātaꝝ a sensibiliib⁹ a qb̄ nō causat in nobis aliqua talis que vt sic posset p̄mū motoꝝ rep̄itare. C̄ Tertia pcelo p̄ sicut p̄ actū cognoscēdi arguim⁹ potentiaz: t ex ea argutia⁹ eēntiaz aie sicut p̄ accidētia subāz sic p̄ motu aut effe etum cognitiū arguitue t demonstratiōe hypotetica cognoscim⁹ p̄mū motoꝝ: q̄ cognito aliquo effectu vel motoꝝ q̄rim⁹ de cā efficiēt vel mouēt vel finali. Ista si est causatuz vel motu aut a se aut ab alio. t ne eas in infinituz in talib⁹ eēntialr ordiatis deuenit ad p̄mū mouēs simplr t p̄mū efficiēt t ultimū finē t ista via ē p̄blosophica quo ad motu qua vñt Aristo. hic in hoc. 8°. ad demonstranduz p̄mū motoꝝ ēste. via tñ ex cāto est melior: q̄ si nūbil moueret nō min⁹ p̄ cātu posset p̄mū motoꝝ demonstrari in q̄nti efficiēt p̄mū. C̄ Quarta pcelo p̄ p̄mū motoꝝ cognoscim⁹ arguitue p̄ rōnē cognoscēdi q̄: sicut p̄ sp̄es sensibiles cognoscim⁹ subām co: palē sic p̄ copalē sp̄uālē t tādem p̄mū vt p̄z. 3°. de aia. C̄ Quinta pcelo p̄ demonstratiōe ppter qđ t ostēsua t potissima nō p̄t aliquo modo demonstrari: tūz q̄ illa pcedit p̄ diffinitionē vt p̄z p̄ de aia 2. 2°. posterioroꝝ quā p̄mū motoꝝ nō b̄z cū sit simplr simplex: tūm q̄ illa abstrahit ab oī exētia sicut ab oī p̄dicato p̄ accidēt. C̄ Sexta pcelo p̄ demonstratiōe metaphysice per viam eminētie. dato. n. q̄ nūbil moueret aut cāret adhuc ex ordine repto in entib⁹ inter ca que sunt alteri⁹ t alteri⁹ rōnis ostēderet p̄t eti deuenire ad vñū p̄mū eminēs. M̄deta p̄blosophicus etiā demonstrat hoc idē ex fine vñtio. 12°. metaphysice entia nolūt male disponi infinitudo p̄ncipātium mala. vñ⁹ igit p̄nceps. Ilhabem⁹ igit iter ceteros p̄cept⁹ de p̄mū motoꝝ p̄cept⁹ entis p̄mū t p̄me cā vel p̄mū motoꝝ. Deductio igit ab effectib⁹ vel motu vñz ad cām p̄mū vel p̄mū motoꝝ est p̄blosophica t p̄c. p̄mū cā vñ⁹ p̄mū motoꝝ vñz ad ens infinitū ēt̄ metaphysica q̄: finituz t infinitū sunt dſie entis qđ est subiectuz metaphysice t deductio ab ente infinito vñz ad alia s. p̄fectōes simplr ē theoria t sic gnātōe p̄blosophica est prior segt. 2°. metaphysica. 3°. theoria b̄z p̄fective ecōtrario p̄tingat. Alie vie patebunt in q̄dne de infinitate in vigore p̄mū motoꝝ. Intelligendū in

q̄ eti p̄mū motoꝝ nō possit a nobis cognosci sub propria ei⁹ rōne qđditatiua t absoluata t p̄ceptu simplici. Lōcipimus tñ de eo p̄ceptiōes fīm qđruplicē distinctionēz. P̄atio q̄ nō solū positū b̄z ēt p̄natitas sicut est imortalitas incorruptibilitas t huiusmōi. Scđo nō solū absolutas qualis ē infinitas vt parebit b̄z ēt respectivas q̄les ē cālitas q̄ ē respectus fundamētalis ad extra. Tertio mō nō solū p̄mū marios q̄les sunt itelleci⁹ t volūtās: b̄z ēt scđarias vt intelligere t velle. Quarto nō solū cōes. s. deo t creature sicut sapientia t bonitas: b̄z ēt pp̄ias sicut eternitas t necessitas. C̄ Preter hec b̄z̄ tres alios p̄cept⁹ de p̄mū motoꝝ se habentes ad enīz sicut gen⁹ ad dīaz diuisiuaz cī⁹ vel sicut dīa superior ad inferiorē t isti sunt p̄cept⁹ entis substātia t sp̄us p̄ privāmētū dēmōstrām⁹ deo p̄siliōes entis vñū bonū t cī⁹. p̄ subām q̄ sit subsistēt p̄ spiritū q̄ sit incorporeus.

Sed tūc occurrit difficultates. prima q̄ cū itelleci⁹ b̄z̄ occurrunt difficultates. p̄ima q̄ cū itelleci⁹ b̄z̄ hec oī alicui attribuat oportet illud p̄ognoscē t ita hēbis pp̄i⁹ p̄cepti⁹ qđditatiua t absoluata p̄mū motoꝝ. dī q̄ itelleci⁹ b̄z̄ p̄ceptū cuī hec oī attribuit tanq̄ rādicali fundamētō vel dicat q̄ deductive possum⁹ rōnē ei⁹ t cuiuslibet cognoscere sicut mām p̄mū ex trānsūtatiōe substātialē vt p̄z p̄o p̄blosophoz. t formā substātialē ex ei⁹ opa tōne p̄celli. C̄ Scđa difficultas q̄ nulla scia prodat subām suū esse: b̄z̄ ip̄m̄ plupponit p̄o posterioroꝝ b̄z̄ substātia separata est subiectū metaphysice. t ita p̄ viā eminētie nō demonstratur p̄mū motoꝝ ēt metaphysice. Dicit q̄ assumptuꝝ b̄z̄ veritatē de subiecto p̄o t adeq̄to t de dēmōstrātōe ppter qđ nō aut d̄ subiecto p̄mū p̄mitate nobilitatis t de dēmōstratione: q̄ sicut hic p̄tingit. Ista ens inquātū ens est subiectū adequatū metaphysice t subiecta separata nobilitatiuꝝ. C̄ Tertia difficultas q̄ tūc scia hui⁹ libri excederet scia z d̄ aia si hic p̄sideret de p̄mū motoꝝ. p̄ns est p̄tra Aristo. et Lōmētatorē p̄ de aia. dicit q̄ aia vt volēs vel vt itelliges vt cōsiderat in. 3°. de aia est nobilitas p̄mū motoꝝ vt motoꝝ est aut vt monēs eti sicut itelliges t velle que sunt operationes i manētis sunt nobilitores q̄z monēre qđ est opatio trāsiōes t respectua. C̄ Quarta difficultas q̄ videat q̄ deū esse fit p̄ se notū. q̄ cognitione de ei⁹ exētia est in dīb⁹ nāl̄ in ferta fīm Damascenū in suo p̄o lñiaz. talia aut̄ nāl̄ inserta sunt p̄ma p̄ncipia que sūt p̄ se nota post posterioroꝝ. Dicit q̄ cōprehēsor⁹ est p̄ se notū. q̄ intuitiū notū ceteris aut̄ est per se notū filogisimo in p̄ceptibili scētib⁹. tñ qđ est illud a quo est oīs depēdētia simplr. C̄ D. Alia est rō dei inquātū de⁹ t inquātū p̄mū motoꝝ. esto igit q̄ deū esse fit p̄ se notū. nō tñ p̄mū motoꝝ elle cū sit demonstrabilis a priori t a posteriori. nam a priori sic dēmōstrat. si de⁹ est p̄mū motoꝝ: est: b̄z̄ de⁹ est igit a posteriori vere sicut sicut Aristo. hic ex mobili moto a se vñ ab alio.

Ad argumēta ad p̄mū dicit q̄ illa situudo Aristo. 2°. metaphysice notat difficultatē b̄z̄ nō impossibilitatē vel qđ notat ip̄ossibilitatē quo ad notitiā intuitiū t claraz t nō quo ad notitiāz simplr. C̄ Ad 2° dī q̄ illa cōparatio p̄bi⁹ de fantasinate b̄z̄ itelligi quo ad p̄mū motionē itelleci⁹ possibilis ab obiecto. ibi. n. fantasia cū itelleci⁹ b̄z̄ rationē obiecti p̄mū mouētis itelleci⁹: sed nō dī itelligi q̄ntū ad actū sequētē p̄mū motionē. p̄t enīz itelleci⁹ abstrahere obiectū inclusuz i obiecto p̄mū monēte. D̄ropterea se b̄z̄ p̄i⁹ motoꝝ in itelleciōe nrā respēci⁹ ei⁹ vt terminās nō vt monēs: b̄z̄ magis aliqd sensibile mouēt. Lōfirmatur ex moto celi sensato t ei⁹ fantasinate b̄tib⁹ p̄ se bitudinez ad p̄mū motoꝝ dductiue cludit p̄mū motoꝝ sic ex trānsūtatiōe subāl̄ sensata cognoscit mā p̄o b̄i⁹. t forma ex eius opatōe. C̄ Ad vñtio. dī q̄ infinitū i po⁹ ē ignotū fīm motū sue infinitati. s. capiēdo alteri⁹ post alteru⁹: q̄ ibi pcedit in infinitū. semper tñ capiēdo finitū. Intellect⁹ tñ finit⁹ p̄t cognoscere totū illud cathegoreumētū nō partē post partez deueniendo ad finē cōplete. C̄ Ad p̄firmationē dī q̄ ibi est p̄portio attīgētē nō q̄mīclaratōis t b̄o suffic. C̄ Qđ. 2°. **Villequētei** q̄riē qđ est p̄mū motoꝝ. C̄ In ista q̄dne sunt due opinōes. H̄ic. vna ponit deitatez elle simpli⁹ simplicē ac sumē simplicē t sic non est

Tex. p. 11.

Lom. 1.

Tex. p. 25.

Tex. p. 35.

Tex. p. 11.

Tex. p. vlti⁹

dissimilisq; dissimile datur p; priora t; intriseca. 6^o. thopis
cor. **C**Alij vero dicunt q; deitas t; de² includit ens substantiam nō pdicam etalem s; analogā t; spēz qdditatiā t; a priori ex qd² poterit intrisece dissimili. **C**Isto quaz opinione declaratioe sunt aliqua intelligēda. **N**atinū pro pma opinione q; nō sunt idē similes t; sume similes: q; simpliciter similes est qd nō est resolutibile in aliqua ipm opentia vel pstitutiā sed ultra resolutio stat ad illud. sicut in discretis ad unitatē. Sume autē similes ē q; nō pōt aliquo modo pponi nec aliqd sibi nec ipm alteri. Et istud est act² purus. **C**Ex quo inferunt tria. **P**rimū q; in creaturis reperit aliqd similes similes: q; in resolutō pposito i partes cēntias seu q̄litativeas seu qdditativeas ne pcedatur in infinitū in talib² sicut pcedit in divisione primū est devenire in pma irrefolubilia: q; talia sūt cēntialib² ordiata. **C**Secundū q; in creaturis nō inuenit aliqd sume similes: quia oia similes simplicia que sunt in creaturis sunt alijs pponib;lia. **C**Tertio seq² q; in solo deo repit sume similes cū oia divina sint act² purissimū nō in se pposita nec alteri cō possibilia. Et ne sit aliqd p; dēd nec aliq; rō prior deitate sed ipsa sit prima qdditatis similes sicut de² est p;im² motor t; ultimatū finis similes t; cū sit intellectus divino primo t; maxime nota similes. 2^o. metaphysice apud nām nō erit nec dissimilis nec descripibilis: q; qlibet talis datur per notiora in ordine quo ad nos. Tamen a multis multipliciter describit ab Anselmo in mono. sic q; p;im² motor est quo maius excogitari non pōt. Ab alijs qd est ens cui nūl de est entitatis eo modo quo possibile est illud haberi i aliquo vno. Et hoc addit² pro tanto: q; nō pōt in se realiter t; formaliter p; idēptitatem omnē realitatē hēre. Nōt etiā sic de scribi qd est ens excedēs quoctiōs ens finitiū ultra omnem pportionē determinata aut determinabilē. Alter sic describitur qd est infinit² imparibilis oia imobilis nullā magnitudinē hūs incōprehensibilis incōponibilis plurificabilis immortalis inutibilis inlocabilis seu incircumscripibilis ppe hēcē acti oia actu infinito intuitivo clarissimo t; distinctissimo ac glōfissimo t; sempiterno volens oia bona t; amās voluntate velle t; amore eternis increat² t; immensis. Alter sic qd est ens cui centru est vbiq; s. p; cēntia poten²tiā t; plementia ppter eius infinitez simpliciter t; nō sum quid t; circūferentia nūl. **M**elius enim scitur quid non est qd quid est primus motor.

Sed ptra opinione pdictas sunt difficultates sumo ptra primā. **P**rima difficultas est q; in pmo signo deitas nō est ens neq; subā nec spūs qdditatiā quid ligit est. **D**ī qd est tātū ipsa sicut egnitas sum Arist. 5^o. sine metaphysice est tantū egnitas t; nō est aliqd pdictor qdditatiā seu in pmo signo qd idē p;op;at tātū similes t; absolute est vnuq; qd ipso t; denotatiā sic bō in p^o signo seu qd² ditatiā nō est risibilis: similes in t; absolute est risibilis.

Calia difficultas: q; cū magis vbia sint priora sum naturā p; Arist. in post pdicamentis. 7. 5^o. metaphysice. q; ab eis nō querit subsistit p;ia. deitas ligit nō erit prima rō: sed vnuq; qd pdictor terminū. **D**icit q; opposit² modus est in nā naturata t; nā naturāte. **N**az in creaturis est pcessus ab impfectioni ad pfectiō: q; agēs finitiū ppter iperfectionē sue actiōis. nō pōt statiz pducē illud qd est pfectiō. ecōtra est in diuinis ppter pfectionē deitatis: q; min² cōe ē prius vnu rō deitatis est prior s; alia tria retinet in diuinis eundez ordinē quē retinet in creaturis: q; post deitatem in deo ratio entis est. pma rō substantiā. secunda t; rō spūs. tercia. Et ad regulā Arist. dicit q; ipse intelligit in recta linea pdicamētali: t; de pdicatis qdditatiis se habētib² p; modū p;is qd illa se ad deitatem nō habet. **A**lia difficultas q; si de² in pmo signo nō est ens. ergo mutabiliē de nō eē tali ad esse tali. **D**ī q; mutatio est sum signa successiva t; nō sum pmanēta sicut sunt signa deitatiā correspondēta.

Contra secundā opinionē q; sum euz pma² motor erit pposit² ex actu t; potentia ptribibili t; ptribētē qd t; qli cēntialib² t; erit pncipiat² pncipijs icrū secis t; ex eis depēcēs. **H**uic difficultati r̄ndet Bonet² cui² pncipalē est hec opinio q; pma radix pōnis est rō partis

quoniam nūl pōt cōponere cū alio nisi habeat rōne partis respectu toni resultatis ex illa pte t; ali. **R**adix autē q; alii quod hēat rationē p;is est q; sit finita formalē vel pcurrat cū formalē finito. nullū autē infinitū hz rōne p;is cū omne totū sit mai² qlibet sui pte: s; infinito nūl est mai² pstitutio autē abstrabit a pōne: q; ois pō est pstitutio t; nō econverso. **N**az qlibet persona divina pstituit ex essentia t; relatione: t; tū nō pponit. **C**ū pstitutio p̄t esse finita infinita t; neutra. **N**az divina essentia est infinita relationes non sunt finite nec infinite t; mā t; forma que simul componunt lemel t; pstituit t; ppositū nālē sunt formalē finite. **C**orrelatiū q; gnā gnālissima sunt ppositū nō rōne entis s; pserietātē essentialib² ptribentib² ens ad illa que tales differe²tie habēt finitātē pro gradu intrisece. Et psequēter pcedit q; in deo est actus t; potētia metaphysica que stat cū pūrissimo actu excludēt omnē ppositionē sed nō est ibi potētia physica: q; illa expectat actū t; est inter realiter distincta. **L**ocedit etiā q; ibi est potētia loyca. s. nō repugnātia termi norū t; sunt ibi pncipia intriseca t; pncipiata. **C**alia diffi cultas: q; sum Arist. 3^o. metaphysice ens nō hz dñias: quia tūc ēēt gen². **D**icit q; Arist. capit ibi ens ut querit cū intelligibili qd vt sic est equinocū ad p;e t; ad accēs intelligibile t; loq; de differe²tib² pdicamētib² adequate enactūtibus totū ambitū divisi. dñis autē iste dividētens nō sūt pdicamētib² s; extra pdicamēta pstitutua t; gnā gnālissima oīz pāicamētōz intrisece per quas vnuq; qlibet gen² gnālissimū simul cū ente pfecte pōt diffiniri t; q; quas distinguicēt cēntialib² ab inuicē t; nō soluz p; modos q; quos ibi dñias nobis ignotas circuloq;mir. **C**alia difficultas si infinitū formalē cū finito formalē pōt pponere. **D**icit ipse psequēter q; nō. esto q; de rōne totū sit mai² qlibet sui pte. Si vnu de rōne cū ēēt qd esset maius altera sui pte: sed nō qlibet bene posset. Sed si instet q; sine ppositū cōponat ex partib² finitis. aut infinitis ambabus vel vna infinita t; altera finita. adhuc totū erit maius: q; p̄tinet ultra q̄cūq; partē t; alia. **D**icit q; plus magis t; min² sunt pafiones qntitatū finite solū. **C**Et si dicas q; decēm infinita sunt plura q; qlior: dicit pcedēdo ppter numerū finiti ibi acceptū circa infinita. **C**Et si dicas q; tria infinita sunt simul vnu addit ad reliqui: t; ita aggregatū est mai². dñ. q; totū illud aggregatū ex illis trī infinitis non est mai² s; plus: q; tria sunt plā duob² positivē t; vno negativē: q; vnu nō est tot qnt tria. **C**alia difficultas est ptra pma opinionē q; tūc theologia nō haberet in se demōstratiōes ppter qd s; tātū: q; sic nō ēēt pfectissima scia p; ḡna pō posterior² t; pō physicoz a pmetatore: q; notitia p; cām est nobilioz q; que per effectū. t; ahs est manifestū ex quo de² nō hz definitionē. **D**icit q; theologia in se t; in intellectu t; sibi proportionato excedit oēz alia sciaz ex obiecto pmo. qd est diuina cēntia ex medio qd cūq; fuerit ibi. t; ex certitudine t; evidētia. **C**Ad pmetatore dī q; notitia alicui² p; cām ē nōbilioz notitia eiusdē p; effectū ceteris parib². **C**Preterea hz deitas nō hēat rōne prior se. tñ multa dñia bene habent que sunt. 2^o. posterior². t; per illa p̄t de deo a priori ppter qd demōstrari. **N**az dicit q; infinitas inest diuine cēntie per rōne ipsi² diuine cēntie: t; deo infinit motiuitas t; cātivitas per voluntatē ē pūr² act²: q; sume similes. **C**In telligendū tñ q; cōsideratio de primo moto t; de ceteris formis abstractis qd sunt est metaphysica t; nō nālis. constat enīz q; cōsideratio nālis d qdditate formaz stat ad aīaz intellectuā que est forma in mā per informationē t; abstracta sum in besione nō enīz vt cetere forme est educta de potentia materia: sed de foris venitius dei. 16^o. de asalibus: hz cōsideratio de formis abstractis: an sunt t; q; motū ē solū phisica: vt p; 2^o. phisicoz t; ab arist. t; pmetatore. **D**ō. 3^o.

Eerit. **A**in pma² motor: sit vni cū. Absq; argumentis ad pres t; ommissis multis rōnib² hoc probantib² accipit vna ratio Scoti que magis cōincidit t; est hec. Omnis natura que de se nō est determinata ad vnu individuum: hz est indeterminata ad plura eiusdē rōnis qntum est ex se nō determinatur ad

Physicoz

Questio. III.

32

certum numerus individuorum eiusdem rationis. **C**ista ppositio ostendit quod duplum. **C**Primo quod aliqui negaverunt deum plures mundos posse producere. tamen processus de duobus nullus potest negare quin tres et quatuor et sic in infinitu possit producere. quod in his que sunt eiusdem rationis: et in his que insunt per se non potest dari ratio magis de uno quam de reliquo. **S**econdo quod huiusmodi moderni negant deum posse producere plures angelos in eadem specie. processus tamen de duobus creditur de quocunq; numero propter veritatem ppositiis predicte. **T**ertio quia processus quod unum corpus possit simul et semel esse in diversis locis totalibus similiter et in infinitis simul adeoque. **Q**uarto quod processus quod duo corpora possunt esse et simul semel in eodem loco adequato statim inferat de mille. **I**sta ppositio sit declarata accepta pro maiori accipite. minor si ponant plures motores. natura primi motoris non erit determinata ad unum. igitur quod ratione poterit esse in duobus ex processu in tribus et quatuor et sic in infinitu. et cum in perpetuis non defat esse a posse. 3^o. physicoz. tractatu de infinito. 7. 9. metaphysica. ubi dicitur quod nullum sempiternum est per apposita dualitate statim ponet possibilitas ad infinita et sic de secundo erunt infiniti primi motores.

Lontra tamen istas regulas instar quadruplicis accepta illa propone maior accipio igitur minor et sub illa natura angelica vel humana cujus non sit determinata ad unum individuum poterit esse infiniti angeli et infiniti homines. **S**ecundo faber non est determinatus ad faciem eam ex ferro potius unum cutellum quam duos vel tres. ergo poterit facere infinitos. **T**ertio accipio aliam minor et sub eadem maiori sic faber non est determinatus ad portandum duo popera vel tria. igitur poterit portare infinita. **Q**uarto accipio istam minor et sic per in infinitis non est determinatus ad unum supponit. producere. igitur nec ad duo. Quis falsus quod non determinatus ad producendum nisi duo. **A**d primum dicunt quod natura humana non est de se determinata ad infinitum numerorum alioquin deus non posset ppetuare mundi igitur numerus hominum determinatus est ab extris. s. a divina voluntate. **A**d secundum dicitur determinatio fabri est a materia: quod si viveret in infinito berer ferrum in infinitum multiplicaret et cultellosum in infinitum huius: sic non est in pposito quod si natura primi motoris non esset ex se limitata ad unum cuiuslibet possibile ibi ad intra sit necessarium sequitur quod est actus infiniti primi motores. **A**d tertium dicunt quod est repugnans ex parte similitudinis. Nam successione posse certis paribus infinita portare si in infinitum vivere vel durare. **A**d quartum dicitur quod si essent productores eiusdem rationis opotest et dicere quod non esset cerrus numerus suppositorum in divinis huius sunt alterius rationis determinatus aut a principiis diversarum rationum. s. intellectu et voluntate.

Sed tunc remanet difficultas cum finis fiduciae et veritatem tres personae sint in divinis videtur quod sint tres motores primi. Ad hoc dicunt quod doctores procedunt quod ille sanctissime personae in divinis sunt tres mouentes et tres creantes: sed non tres motores nec tres creatorum. Lauseus huius diversitatis assignat Iohannes Scotus quod quoniam sunt alii duo dependentes. ne utrum eorum potest pfecte terminare dependentiem alterius: sed opotest quod ambo terminent ad unum tertium independentes. Exemplum si sunt duo accidentia respectu eiusdem substantiae scilicet significativa et adiectiva ut adiectiva sunt neutrum alterum terminabit eo quod ut sic dependet et sicut. opotest igitur quod terminetur ad tertium independentem. s. ad substantiam quod ut sic huius rationis independentem: quoniam tamen adiectivorum substantiarum statim illud quod fit substantiam terminat dependentiem alterum. et per hunc alterum inveniuntur adiectivum ponit suum significatum circa aliud. Si autem ambo remanent adiectiva ut adiectiva neutrum ponit suum significatum circa aliud. modo ad ppositum quoniam dicitur unus primi mouentes oia illa tria adiectiva sunt adiective tenta. et sic neutrum poterit terminare dependentiem alterum: sed oia illa stant in suspicio: ita unum sicut reliquum. et ideo illud adiectivum duo non ponit significatum suum circa reliquum. s. circa primos nec circa mouentes. ita quod licet duo non numerat virtutem motuum nec primitatem sed virtutem statim precius in se. quoniam ante dicitur duo primi motores: tunc licet duo et licet primi ponit suum significatum circa substantiam illud motores et sic numerat potentiam motuum eorum quod est falsum: quod per unicum

potentiam individualiter existente in omnibus illis gloriosissimis personis que est voluntas divina infinita pars. motrix ad extra. et prima regula omnis contingenter que sua manu et vi tenet omnem ens limitatum considerat de entitate creaturam quantum et quanto et quod vult illa unica in omnibus illis extitit sunt illae tres personae motrices unicus motor et tres primi mouentes unici mouentes in neutro genere per independentiam eorum in essentia.

C. Q. 4.

Trum essentia primi motoris sit omnis aliorum extra se finis ultimus. quod non. quod si causat certum mere naturalem ut perficit a voluntate. ex parte necessario causabit ad extra quod est impossibile: quod sic necessario oia evenient. **I**nconveniens arguit quod calitas prima et perfectissima est attribuenda prime et perfectissime pfectio. huiusmodi est causalitas finis. 2^o. physicoz. 7. 5^o. metaphysica. est enim causa et essentia primi motoris est perfectissima pfectio.

Ter. 2. 3. 1
et. 2.

Hic dicuntur due personae. **C**Prima quod essentia primi motoris non est causa efficiens eorum que ad extra causant: quod cum causet mere naturalem et necessario quantum est ex se et seclusa voluntate oia de necessitate evenient. **S**ecunda persona quod ipsa respectu omnium huius rationis finis gratia cuiuslibet: quod ab omnibus est summa appetibilis. oia enim bonum appetitum est ethicoz. et magis bonum appetit igitur marie bonum maxime appetit per illa regulam theopica sicut simplificatur ad simpliciter et magis ad magis: ita maxime ad maxime: et bonum huius rationis finis. 2^o. physicoz. 7. 5^o. metaphysica. igitur summa bonum habebit rationes summae finis et ultimi. cum igitur ipsa sit summa bonum: quod primo infinito simplificatur ex parte ultimatus finis. **L**oquuntur quod deterius est semper gratia melioris. 7^o. politicoz: quod accentu erunt propter substantias et elementa propter mixtas et mixtas. imperfecta propter pfecta. et materialia propria et vegetabilia propter animalia et bruta propter hominem. et corpore propter animam. et anima propter primum motorum: et oia que sunt tandem in primo motore resolutae. ergo est essentia est ultimatus tandem omnium finis non sub fine.

Lap. 1.

Sed hic sunt aliqua difficultates. **C**Prima est quia prima calitas ad extra attribuitur diuina voluntate. **S**ecunda quod essentia primi motoris seclusa voluntate causat mere naturalem. et sic necessario et sic causa necessario ad extra. **C**tertia quod est calitas finis sit prima et prior omnibus aliis calitatibus in suo genere: et sic provenit alias calitatem in causando effectum: et ita aliae cause nihil causabunt ex quo per finem in illo priori quo preedit alias casus effectus est causatus. **A**d primum dicunt quod agere et mouere quoniam est pceptum cause efficiendi. et ideo concedo quod voluntas primi motoris est mouens et agens primi simplificatur: huius enim arbitratum ab ipsis. Ideo non sequitur quod primus causans sit primus mouens: neque primus mouens sit primus causans sicut primus animal non est primus animus: nec primus animus primus animal. essentia autem primi motoris huius causalitatem alterius rationis a voluntate et in omnibus est primus causans. **A**d secundum dicunt quod proximo rerum ad exitum primi motoris ut ad finem est necessaria seu finis est esse essentia et in potentia obiectum seu in existencia actuallam fini quamlibet res contingenter: sicut tamquam ipsis positum quoniamque necessaria est proximo ad finem. ordo enim finis habitudinem cause finalis est naturalis et per se pfecta secundum modum inest ordinatus ad finem et de eis per eos rationes formales a priori demonstrabilis. naturaliter enim animus est propter hominem et homo propter cunctam primam motorum. **A**d aliud dicunt quod effectus non solus dependet a fine sed ab efficacitate. et efficaciam autem est liberum et mere contingenter causa ut patet in inferius. quare primus motor: causa effectus per sui voluntatem: quod causa in quantum quoniam est causa voluntatis sui beneplacitum arbitratum. et ideo effectus sunt contingentes: quod si una causa est libera totus effectus est liber et si in multis naliis cujus illa libera occurrit. **A**d ultimum dicunt quod huius causa finalis sit totalis in suo genere. in ponendo ut efficiente non est totalis simplificatur quod deficit causalitas alias causas. et ideo huius ex se in suo genere causat necessario omnium quoniam causat: tamen quia exigunt voluminas non ponet effectum in actu nisi concurrente voluntate que mere libere et contingenter causat. ideo totus effectus semper simpliciter

f 2

erit ptingens.

Trum cēntia p̄mī motoris sit p̄mū obiectū intellectū eiusdē q̄ nō: q̄ supreme potētē d̄z esse cōfissimū obiectū. intellectū p̄mī motoris est sup̄rema potētia. eēntia aut̄ eī nō est cōfissimū obiectū. sed ens igit̄ erit̄ ens eī obm̄ adeq̄tu. **C**ōtra q̄ nobilissime potētē est nobilissimū obiectū: sed intellectū p̄mī motoris est nobilissima potētia sed nihil est nobilitas essentia p̄mī motoris ergo rc.

Cap. 8 vii

Ter. 2.4.

Sed dic̄t̄: vt p̄z p̄o posterior̄ sicut h̄c̄ tres angulos cōpetit primo triāgulo quoniam adequat̄. 2°. pro p̄fessione sicut substātia ponit p̄mū ens q̄ p̄fect̄. 7°. metaplōfice. 3°. gnātione sicut mā dicit̄ p̄ior̄ forma & ista duo p̄posito vt. 2°. pl̄fficoz. 4°. in mediatione sicut forma substātialis. primo inest materie p̄s. e id est inmediate vt p̄z. 2°. de sia. a cōmētatore. 9°. 4°. 7. 2°. celi. h̄z p̄ī insit alteratio. **E**t si in hoc ponunt̄ q̄tuor̄ p̄clones. **P**rima q̄ essentia p̄mī motoris est p̄mū obiectū p̄mitate adequatiōis resp̄ciū sui intellectū: q̄ q̄n̄ alij potētia nō p̄t̄ habere aliquē actum q̄n̄ p̄mo terminet̄ ad se vider̄ esse obiectū eī p̄mī p̄mitate adequatiōis: sed intellectū p̄mī motoris non p̄t̄ habere aliquē actū quin̄ terminet̄ ad sui essentia p̄mo. q̄ p̄mīus motor: nō p̄t̄ h̄c̄ nisi vñct̄ & ille necessario. p̄mī terminatur ad sui essentia ergo rc. **S**c̄da p̄clo q̄ eēntia p̄mī motoris est primū obiectū p̄mitate p̄fectiōis eiusdē intellectus: q̄ talis eēntia est p̄fectissima iter oia apprehēsia ab intellectu eodē. **T**ertia p̄clo qd̄ eēntia p̄mī motoris est p̄mū obm̄ p̄mitate gnātiōis quoniam q̄n̄cūq̄ alij talē ordine habēt̄ in cognoscē quale inesse p̄mī inesse est p̄mī incognoscē: h̄z intellectū p̄mī motoris oia cognoscit̄ sub tali ordine. p̄mūz aut̄ inesse est eēntia. **Q**uarto p̄clo q̄ eēntia p̄mī motoris est primū obiectū p̄mitate immediatiōis: q̄ intellectus p̄mī motoris non cognoscit̄ sui essentia alij precognitis: sed alia mediante ipsa.

Contra p̄dictas p̄clones instat̄ p̄mo p̄tra p̄maz: q̄ nulla potētia p̄t̄ fieri nisi in obiectum adequatū vel in illo in quo p̄t̄neat̄ sed eēntia p̄mī motoris nō includit̄ in alij creaturaz. igit̄ intellectū p̄mī motoris nō p̄t̄ cognoscere creaturā. **S**c̄do p̄tra secundā. q̄: illud nō est p̄fect̄ cui equan̄ multa in p̄fectiōe: h̄z oia attributa eēntē in p̄fectiōe eēntie p̄mī motoris. quoniam oia eque infinita sūt. **T**ertio p̄tra tertīā. q̄: q̄n̄cūq̄ alij intellectū sunt eiusdē rationis p̄mū obiectū vñī videt̄ eē obiectū alterī: h̄z intellectus p̄mī motoris & noster sunt huiusmōdi: & noster p̄ius prioritate gnātiōis apprehēdit̄ vñia. igit̄ & intellectū p̄mī motoris & noster sunt huiusmōdi & noster p̄ī prioritate generatiōis apprehēdit̄ vñia. ergo & intellectū p̄mī motoris. **Q**uarto p̄tra q̄rtā. q̄: eēntia p̄mī motoris nō p̄mo. terminatur nisi vt h̄z obiectū rōne p̄mī: h̄z vt sic est rō respectiva & nulla talis est p̄cognit̄ h̄z magis absoluta. igit̄ eēntia p̄mī motoris nō est p̄mo cognita p̄mitate immediationis. **A**d p̄mī d̄f sufficit̄ q̄ p̄mū obm̄ in illo illud vel includat̄ in illo qd̄ p̄mo terminat̄ intellectuē. intelligit̄. n. nō ens obiectum secundariū in quo nō includit̄. ois aut̄ creatura intellectus a deo vt obiectū secundariū. **A**d 2^m d̄f q̄ l̄ intellectū p̄mī motoris & noster in rōne gnāli intellectū p̄ueniant & sint eiusdē rōnis formalē nō tñ sub p̄p̄r̄. & iō nō seq̄. **A**d quartū d̄f q̄ rō obiectū vt obm̄ ē nō est illa que immedia te terminat̄ h̄z sit p̄dito eī. vñ potero intelligere deū absq̄ hoc q̄ ego intelligā q̄ sit obiectū intellectuē mee.

Ad argumentū patet responsio ex predi cts. **C**o. 6^a.

Erum intellectū p̄mī motoris intelligat actuali oia q̄ nō: q̄ nihil intelligit extra se. aliqui vñlescer̄ eī intellectū. **C**ōtra in telligit se esse cām finalez oiūz: q̄ intellectū se sub

omni ratione que est in eo formaliter. igit̄ habituē ad omne intelligit & ex p̄sequēti omne.

Hic sunt q̄tuor̄ modi dicēdi. p̄mū est q̄ intellectū p̄s. mi motoris nihil intelligit nisi seip̄m̄ aliqui vñlescer̄. **C**āli dic̄t̄ q̄ sola incommutabilitia cognoscit̄: nam hic nullā ip̄fessione arguit̄ h̄z nō commutabilitia: q̄ tunc in ip̄so eset̄ mutatio. **C**āli dic̄t̄ q̄ sola p̄ncipalitā intelligit sicut homines & angelos. **C**āli vero dic̄t̄ vere & catholice. q̄ oia intelligit bona & mala mutabilitia & immutabilitia p̄ncipalitā & nō p̄ncipalitā. Et hic modus dicēdi p̄firms rōne aucto ritate sacre scripture. ratione sic potētia actua & optima. de c̄nto est nobilior: superior: de tāto vñlos & cōlor: & etiā de c̄nto abstracto: de tāto cōlor: hoc p̄z ad sensū & intellectuz & sensuz exteriorē ad interiorē. H̄az q̄cqd̄ p̄t̄ potētia inferiorē p̄t̄ & superiorē: h̄z nō ecōuerso: h̄z potētia intellectuē p̄mī motoris est p̄fectissima & abstractissima. ergo rc. ratio etiā facta post oppositū hoc idē evideat̄ p̄bat. **C**ōfirmat̄ ēt q̄: artifex distictē cognoscit̄ omne agendū ab eo anteq̄ fiat alii nō distictē opareb̄: q̄ cognitionis artificis est mētura h̄z q̄ opac̄. h̄z p̄mū motor est oiūz alioz a se p̄fectissimū artifex. igit̄ oiūz eoz h̄z p̄fectissimā & distinctissimā notitiaz actua lem & priorēz eis. **C**ānde diligēter est aduertēdū q̄ p̄lōmo est p̄siderare eēntia sui intellectuē eī & voluntatē intelligē & velle. & ydeas oiūz extra se. & oia attributa sapientiaz & bonitatiē: & sic de alijs que iter se sūt ordinata & in ordine ad eēntia ordine eēntiali sic passiōes ad subjectū. & de ipa eēntia sunt dēmōstrabilia: & ille actus intuītū gloriōsissimū p̄mī motoris. p̄mī terminat̄ ordine nature ad eius eēntiā: & p̄sequēter ad oia que sunt aut̄ relatiōe in ea h̄ī ordine naturalē eoz & per determinationē sue voluntatis intelligit & cognoscit̄ futura ptingēta. Et in p̄dicto intuītū clarissime & infinita sunt rōnes formales oiūz scīaz respectu oiūz scībi lium p̄fectissimo & nobilissimo modo & vbi scibilia creata nobilī esse h̄ī q̄ in seip̄s: q̄ ibi h̄ī esse infinita & eminē tissimū h̄z videat̄ eē eoz ibi h̄ī qd̄: q̄ eē intellectu & voluntu & nō simplī q̄bus rōnib̄ intellectū p̄mī motoris intelligit oia scibilia & actu scit. **S**c̄do est notādū q̄ ibi est reperire q̄tuor̄ signa nāe in quo p̄mo p̄dict̄ intellectū intellectū ḡddit̄ oiūz creabiliū & oia que fuerit & sunt & erūt & que nō erūt possibiliā & impossibiliā necessaria & ptingēta. In secundo signo voluntas diliḡt̄ oia illa actu simplicis cōplacēt̄: q̄ intellectū & voluntas sūt potētia gnāles & adeq̄te. In tertio signo voluntas determinat̄ istas ḡddit̄es que de se sunt indeterminate ad cē & nō esse. In q̄rtō signo intellectus p̄mī motoris aspiciēs ad determinationē voluntatis intelligit talia eē determinate futura verbū grā. In illa p̄positione nauale bellū erit cras cuī termini sunt p̄mo cogniti ante actu voluntatis h̄z nō habitudo vñsq̄ ad determinationē voluntatis p̄mī motoris. vnde per sui eēntiā intelligit necessario & ad determinationē voluntatis oia ptingēta futura.

Sed p̄tra p̄clusionē arguit̄ q̄ obiectū actū intellectuē dēp̄cēt̄ a mētura. ergo actū intelligēdī p̄mī motoris dep̄det̄ a creatura. **S**c̄do sic intellectū p̄fici ab obiecto h̄z nihil est p̄mū motor: p̄fici qd̄ sit in ip̄o. **T**ertio quia obiectū h̄z rōne monētis: sed nihil creatū mouet intellectū p̄mī motoris cū sit simplī imobile. **Q**uarto q̄: obiectū est cā actus sed nihil in deo est causatū. **A**d p̄mū d̄c̄t̄ q̄ p̄mū obiectū mēturat̄ actu & habitu. nō aut̄ secundariū nāz intellectū noster intelligit nihil: tñ ip̄m̄ nihil nō mētura actū intelligēdī & tota ratio est: q̄ non intelligit negatiō entis nisi vt obiectū secundariū & sic est hic. **A**d sc̄dm̄ d̄f q̄ tūc̄ obiectū h̄z rōne p̄ficiēt̄ q̄ causat̄ intellectuē que est p̄fectio intellectū: h̄z q̄ in p̄mo motore nihil est causatū sed ibi est actus p̄fici inat̄: ideo obiectū nō est p̄fectum. **A**d tertiu d̄c̄t̄ q̄ p̄cipue intellectus qui est in potentia mouetur ab obiecto: sed intellectus p̄mī motoris non est in potentia: & per cōsequēti obiectū nō mouet eū. **A**d quartū d̄c̄t̄ similiter q̄ ille actus est innatus & in causatus: ideo obiectum non causat illud. **A**d argumentum in principio patet responsio. bene cūm vñlescer̄ si aliquid recipere ab obiecto,

Questio. 7.
Ueritut̄ vtrū unus motor possit alteri loqui. Qd nō: quia nō habet organū locutiōis. In cōtrariū ar- guitur q: pnt mouere organa apta ad hoc.

In ista qd remouebunt difficultates. Intelligendū q: triplex ē lo- cutio mētalis. s. vocalis & scripta. Primum est cū vnū in- select⁹ alteri itellectui aliqd manifestat de secūda habetur p⁹ politicoꝝ. vbi Aristo. dicit q: lingua ad duo officia de- servit ad loquelā & ad gustū. t. 2⁹. de aia. vbi dicit q: ista se habet per ordinē cēntiale sermo. s. vox & son⁹: q: omnis sermo est vox & nō ecōuerso. Itaz sermo est sola vox ar- ticulata līata & sillabica & ois vox est son⁹ & nō ecōuerso q: in aīata sonā vt corpora enea. s. nō vocant nisi respirāta. De tertia vero sūl t de. 2⁹. h̄z p⁹ gyermēnias. vbi dicit q: ea que sunt in voce vel in scripto sunt note eāꝝ passionū que sunt in aia. Intelligendū. 2⁹. q: motore oībū nūbil possūt sibi intricē loqui & audiē fūm phuz. quoniam in tali locutiōe est receptio locutiōis in audiēte vt patebit & in illis nūbil ta- le pōt recipi: q: id ē intelligēs & itellectū & quo itellegūt vt p. 12⁹. metaphysice. & sicut nō pāt crescere in substātia sic nec in cognitiōe. Est igit̄ questio sūl fidē & veritatē. & pseūdo p⁹ de locutiōe itellectuali sunt aliqua p̄mittē- da. Ad vidēndū qd siāt locutiō mētalis est notandū. p̄to q: memoria est pūcipiū pdictiū verbī. s. obiectū & itelle- ctus agens. sic igit̄ siāt locutiō itellectualis: q: motor q: dō loqui h̄z pūcipiū pdictiū verbī. & ita pōt iprime in alīaz aliquā ppositionē & mouere itellectū ei⁹. Scđm q: al- ter motor h̄z intellectū sufficiēt ad recipiēndū sicut alter ad iprindēz: & sic recipiēs pōt audire. Tertiū q: noīe locutiōis mētalis nō sōlū itelligim⁹ actū intelligēdi. qui est ens absoluū: q: locutiō est forma respectīna. filī nec audi- tio est qd absoluū solū: sed est cātio illi⁹ act⁹. Quartū q: loqui itellectuali est actū intelligendi pdictū iprime & audiē sibi corīdēs est receptio illi⁹ act⁹. Sunt igit̄ hic quād signa. In quō p⁹ p̄siderat intellect⁹ agēs in moīto loquēt⁹ & possiblēs codē. In scđo signo vñ locutē & alter i audiēre. In tertio sunt duo act⁹ caūsandi. vñ quo audiēs dicit & alter quo loquēs p̄dicit. In qd signo est act⁹ iprime- mēdi & recipiēdi & est locutō & auditio.

His p̄missis dicunt̄ sex p̄clones. Prima q: motores supiores pnt loqui inferiorib⁹ sibi imēdiatis. p̄- batur q: supiores bñt sufficiēs accēs respectū act⁹ intelligē- di & inferiores bñt sufficiēs passiū ad recipiēndū illum & sunt debite approximata. igit̄ supiores poterūt loḡ iferiori bus p. p̄ia: q: locutiō sicut nec oīs alīus actus nouiter can- sandus ex alīis depēdet. 9⁹. metaphysice. & aīs ē manifestū. Scđo p̄clo q: vñ⁹ motor superior pōt loqui alteri de infe- riorib⁹ q̄stūcīz distātis & nō loquendo alteri iter medio p̄pīnū illi⁹ pbaf sicut in p̄tate volūtatis est determinare memorīa ad caūsandā itellectionē & in itellectu p̄pīnū sup- positiō: ita & i itellectu alieno: q: ibi nō h̄z resistētā. Tertia p̄clo q: plures motores supiores pnt simili & semel loḡ eide inferiori de re eadē pbaf: q: oīs illi⁹ acū virtuali cō- tinēt & ille simili audiet eūdē sermonē dicētes. Quartā p̄clo q: motores iferiores & secūdū nō pnt p̄mo motori lo- qui: quia locutiō & auditio sit p̄ cātione & receptionē: nūbil autem possunt in ipsi⁹ nec ipse pati sed oīa videt intuitiōne. Quintā p̄clo q: motores sepati possunt nobis loqui in- tellectuali: sensibili etiā p. q: virtuali p̄tinet vtrāqz locu- tionē: nāz pnt mouere tam intellectū q: organa sermonis & oīr sensū & nos habēbēs sufficiēs passiū ad vtrūqz. Sexta p̄clo q: intellect⁹ p̄tūct⁹ pōt loqui cū intellectu se- parato finito. pbaf q: homo pōt formare vocē sensibili & scribē & intellect⁹ sepati finitus illaz intelligere.

Sed tunc oīiū difficultates: q: eque rōnes cōclu- dunt de volūtate: & sic pōt vñ⁹ iprime actū vo- lēndi in alterū. dicit q: volūtatis p̄siderat duplī. vt actūa & vt sic est potētā p̄tigēs & libera nec vt sic posset recipere

alīqd sed agere. 2⁹. vt passiū & vt sic nō est libera s̄ mere nālis: nāz in potētate patētis nō est nō pati: & vt sic pōt re- cipere actū voluntatis & cū deformitate s̄ nō agere: & tūc nō peccaret nec demereret. si talia nō cēnt in sui potētate nec ab ipsa actiū. Alia difficultas q: agēs rem absolū- tam indistās agit prius in totū inter mediū qz in extremū. sicut p. in illuminatione mediū. Dicit q: nō est semper neces- sariū in operationib⁹ itellectualib⁹ qz ad modū nec in reali- bus respectūis nec in oīb⁹ absolutis. Nam sol non prius generat rānāz superi⁹ in orbe lune qz inseri⁹. Et ratio hui⁹ est q: in talibus operationib⁹ intentionib⁹ nō requirit appro- ximatio ſituālis sed virtualis. Et ita bene dicunt doctores q: eque bene ageret in vacuo sicut in pleno & distātia etiā infinita nō ipediret sed in actiōe corporali est oppoſit⁹: q: agēs ibi p̄mū mutat mediū. Alia difficultas qua lingua mo- tores abstracti loquunt̄ in eoz locutiōe ſensibili. Dicit q: lz in omni lingua ſciāt & p̄fint loqui: tamē h̄nt p̄pīnū idyoma & p̄pīnū lingua & nobilissimā nō mēdicata a no- bis. Alia difficultas an oīus motores ſepatoꝝ ſit ea dē lin- gua. Dicit q: tot ſunt lingue & idiomata tot quot ſunt eoz ſpēs. verūtame qlibet itellectuali lingua & idiomata cuiuslibet alterius & de quanto ſpēs motores ſepati ſit nobilior de tanto eius p̄pīnū sermo est excellētio. Cōſimiliter ſupiores in- telligūt pauciorib⁹ p̄cepūt clari⁹ & distincti⁹ qz inferiori: es & ita loquunt̄. Alia difficultas an act⁹ itelligēdi quo fit locutio & auditio ſit act⁹ imānēs dicit q: itelligere est act⁹ imānēs p̄tēs ad itellectū pōſſiblē ſed causatio illi⁹ actū ab intellectu agēt ſit opatio trātēs. ſicut volūtatis ſit p̄nci- piūz pdictiū ſit actū ſimpator. Alia difficultas ſit nēmo pōt loqui primo motori liḡ ſit inſtrudū ſit orāndū. Dicit q: oratio ſit primo motori nō ad manifeſtādū ſed ad exorā- dum & ex humilitate orātis ipetrandū. Intelligendū poſtremo q: aliquā p̄tingit q: motor cāt ſpēm & actū ſit ſi audiēs vtrāqz careat. Aliqñ neutrū cāt vt cū inferiori vule loqui ſupiori: qui intentus ſit circa ſupiora. Aliqñ ſpeciem cāt & non actū: vt puta ſi inferiori determineſ ab aliquo ſu- periori pōt ſibi alter iprime ſpēm & nō actū. Aliqñ autem actū & nō ſpēm vt qñ ſpēm prehabet & actū non.

Ad argumentū p. quoniam in locutione itellectuali h̄z instrumēta debita. s. intellectū ſagentē & alia i alīis locutiōib⁹ alii vñc ſtrumento exprīſeo. Qd. 8^a.

Lrum p̄mū motor ſit infinitū ſim vñ- gorem actū & ſormālī q: non q: ſi vñc oīrarioꝝ eēt actū infinitū ſim cō- trariū ſibi eſſet in natura igit̄ ſi aliquā bonū ſit actū infinitū ſim mali eſſet in vñvēro ma- ſor p. exemplariter. Nam ſi ſol eſſet ſormālī aut virtuali infinitis calidus ſim relinquit frigidū i vñvēro cōſequēs eſt falſū & ergo antecedēs. Itēz corp⁹ infinitū nullum alīud corporū ſecū cōpātū agit nec ens infinitū alīud ens p̄bātio p̄tē: tum quia ſicut dimētio repugnat dimētio: ita actualitas actualitati: tum q: ſicut corp⁹ alīud ab infinito facerat cū iplo aliquā maius infinito ita ens alīud ab infinito videt facere aliquā maius infinito. Cōp. Qd ita eſt hic q: nō alībi eſt finitū ſim vbi & q: ita eſt nūc q: nō alīa eſt finitū ſim qñ & ſic de ſingulis: qd ita agit hoc qd non alīud eſt finitū ſim actionē igit̄ qd eſt ita hoc aliquā q: non alīud eſt finitū ſim entitātē. P̄rum⁹ motor ſit ſāme hoc q: ex ſe eſt ſingularitas quedā igit̄ nō eſt infinitū. Itēz. 8^b. hui⁹ vir- tus. Infinita ſi eſſet mouere in nō tēpore: ſed nulla virtus potēt mouere in nō tēpore. ergo nulla eſt infinita. Incōtrariū eſt p̄bātio. 8^c. butus pbaf p̄mū mouēs eſſe infinite potentie q: mouet motu infinito ſed hic p̄clusio non potēt tantū intelligi de infinitate durationis: q: ppter infinitate ſpotēt p̄bātio qd non posset eſſe in magnitudine nou repugnat anteſ magnitudini ſim eum q: in ea ſit potētia in- finita ſim durationē ſit pōneret de celo.

In hac questione ſunt tria facienda. Primum erit p̄mittere aliquas difficultates. Scđo pbaf p̄clo ſit inſtrumentum. Tertio ſolueni difficultates. Cōmo- tandū primo q: infinitū eſt multiple ſit patuit. 3^d. Iunis qōne de infinito. ſim ſim multitudinis ſim in magnitudine

